

tia, solis relatiuis rationibus abinuicē
 dispescitas, persistere intellexerūt. E-
 asdemq; ideas principes esse rerū om-
 nium causas arbitrati sunt, ab eisq;
 ceu quosdam actus, pendere & esse a-
 nimas omnes intellectuales, intelligē-
 tias, corpora coelestia, & quicquid in
 inferiori hoc mundo est vsq; iam. Pro-
 inde proximam creati mundi caus-
 sam, item & cunctarum proprietatū,
 mēti & intellectui, hoc est verbo Dei
 & spiritui sancto detulerunt: quan-
 quam ne ipsum quidem bonum ab
 hac creatione separarint, vt ex locis
 iam citatis & alijs non raris phi-
 losophorum autoritatibus patere li-
 quidō potest: quemadmodum sacras
 etiam literas legere est Deo patri per
 verbum & in spiritu sancto, tanquam
 vni principio mundi creationem tri-
 buere. Qui fecisti (inquit Sapiaentia)
 omnia verbo tuo: & Psaltes, Verbo
 Domini coeli firmati sunt, & spiritu
 oris eius omnis virtus eorum. Verum